



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hyperdvlia Mariana

**Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus**

München, 1636

Gemini Cœlestes Beatus Aloysivs Gonzaga, Et Ioannes Berchmannvs.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

Gemini Cœlestes

Beatus

ALOYSIVS GONZAGA,

ET

IOANNES BERCH-

MANVS.

Berchmanne dulcis Aloysij Pollux.
Namq; Aloysius tuus fuit Castor.
Permitte nostris impetum suum Musis.
Inuisa spirat buxus, & suâ sponte
Expergescens lympa, murmurat Cyrrha
Fundoque ab imo bullit arduus Scazon
Quæ tam iocosa, tamq; amœna conuenit
Natura Vestras vagientiu cunas? (xii)
Similius ouum Castoris sui non est
Pollucis ouo, Vestra quam sibi Vita,
Nec erudite temperata testudo
Sic consonare symmetris solet fidis
Ut vincat istum, quem gubernat equalis
Tenore, Virtus ludibunda concentum,
Symphoniâ fideliore respondent.
Gonzaga Flander, Italusq; Berchmannus.

Sunt

Sunt Viriusque certa signa fortuna
Nil discrepantis, nilq; decolorata.
Idemq; nolle, Idemq; Velle conspirant,
Idemq; pulmo eodem amore respirat,
Idemq; simili morte latus expirat.
Vterq; magna germen Indolis, primo
A calyce cepit provocare Pastani
Prati inquilinos, cinnamimque fragrare.
Multos pudebat emulos sua fama,
Malig; odoris! inclytig; Narcissi,
Vt Choris ipsa rettulit, Verecundis
Didicere ab isto Flore basis carpi.
Ac maluissent forsitan esse Berchmanni,
Quam criminosis caulibus superbire,
Atq; folijs impedire ceruicem.
Ceu nullus omni de prosapia Maij
Pari puellus emicaret etate.

Vterq; Lololae castra Bellator
Ingressus, atras aeris potestates
Defultrinarunt Viribus lacertosis,
Illudq; pueri perditissimi frustum,
Cui Cupido nomen, aureis armis
Caesum, fugatum, sauciumq; fuderunt,
Arcu, pharetris, spiculisq; surreptis.

Vterq; solers prouidusq; damnose

Aesta.

Aestatis, irruentis in Iuuentutem,
Hyemansu incontaminatus & purus
Fœdi caloris, atque lubricæ culpæ,
Neutrum voluptas labefecit obscana,
Et ne vel Sino crine Vertute laeso,
Periculorum blanda mater ambussit,
Si quando saevum fulgurantibus tædis
Venus pudenda frontis improba stella,
Commouit arces improbi Cytheronia
Phaethontis instar cuncta regna miscenti:
Vos congelato perstitistis in campo,
Sanctos Decembres pectorum pati sortes
Et adusque renes frigorum globo septi,
Quam mite cordis, limpidumq; crystallū?
Quod expetendam præ leporibus Vernis
Exceptit æthra candidissimam brumam,
Hausitq; totis Virgines niues labris,
Ningebat autem gratijs, & Arcturo
Diuinioris integerrimi Venti,
Septem trionū more membra perflabant.
Sic Angelorum cœlitumq; Belgarum
Genas, colorem, lineasq; seruastis
Dum reliquus orbis ater Æhiops factus
Libidinoso totus igne defluxit,
In vile bustum, corneamq; verrucam.

At

At non amore, non seraphicis flammis
Cessistis ulli; quando Numen aeternum
Striauit beato colla Vestra complexu,
Vterque Vivum funis, Et Velut summo
Rogo cadaver conflagrabat impostum.
Non simile quidquam Roma vidit antiqua
Seu Consulares Scipionis, Et Sulla
Placaret Umbras: sine Iulij fatum
Mirata, torvis manibus attentaret,
Vbi profusa lucis, atque non Vno
Contenta phaebo, plurimos dies emit
Centum talentis, Et super Ducem fudit
Incendiorum sumptibus fatigatum.

O Gloriosi mentis Vnius Fratres!
Nil haec ad ignes comparata sunt Vestros;
Quam seculares striae Gelonorum
Aut Sarmatarum mugientium flabra.
Sic ergo in Vniis frigus Et calor regnant;
Hyems Et aestas implicata sic Vivunt:
Vt pace certa mutuas Vices seruent.

Berchmannae cernis Aloysij Vultum?
Cernis Aloysi dulcis ora Berchmanni?
O Candor oris! o eburnei Vultus!
Quos nec pruina castitate praecellat.
O ardor oris! o corallini Vultus!

Quos

Quos nec Pyropus inuidendius excedat
Ambo decori, floribus pares ambo.
Incedit alter lilijs coronatus:
Alter coronis liliatus incedit.
Et hic & ille nobilem capit palmam,
Suumq; sponsam Daphnidem domu ducit.
Et hunc & istū pulchra (pro Deū!) singit
Ornatq; felix Innocentia Vestis,
Non inquinata, sed nitens: Et à fonte
AGNOQUE Venit lustrica memor lana,
Nec se Planeta conferant paludati
Trabeasq; iactent, insistasq; lucentes,
Neu fimbriatas astra Ventilent pallas,
Velumq; lacte lactea Via lotum
Neu nuptiales Hesperus togas monstrat,
Tanquam ipse solus siderum pusillorum
Ocellus, albā matre natus incedat
Longumq; syrma soluat in pavimento.
Hae delicate sanctior stola byssus
Qua par coruscum tale fulget indutum
Extinguit omnes solis aurei soles
Lunaq; Lunas, cycladesq; pomposas.
Valete dulces, Vnus Vnicus, Fratres: (no
Gemelle Berchmāne, & Gemelle Berchmāne

PRO